Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Stultifera navis

Brant, Sebastian

Paris, 1498

Pigricie fatvitas

urn:nbn:de:bsz:31-65093

Visual Library

Pigricie fatuitas.

Vade ad for/
micā o piger/
& cōſidera ui/
as eiꝰ: & diſce
ſapientiā: que
parat in ęſtate
cibū ſibi:& cō
gregat i meſſe
qđ comedat.
Formicę ppl's
infirmus q̄ pre
paret in meſſe
cibū ſuū. Oīs
āt piger ſemp̄
i ęgeſtate eſt.

Non aptare poteſt animum ad quęcūqꝫ futura: Deutro.xxxii.
Inceptor ſtolidus:nec ſua facta notat.
Hic nihil acquirit rerum pro corporis uſu:
Omnia dilapidat:nil retinere ſolet.
Eſt adeo demens:proprios nil cernit ad uſus: Eccle.xxVi.
Rebus oportunis inuigilatqꝫ nihil.
Prouidet atqꝫ nihil ſtultus:niſi cogat egeſtas: prouer.xix.
Atqꝫ fames ſtimulet:torqueat atqꝫ ſitis.

Temporis haud fatuus meditatur fata futuri:
Pręſentes tantum reſpicit ille dies.
puer.xiii. De naſo ad fauces:hominis meditatio ſtulti
Vergitur:ulterius mens ſua uana tepet.
Hunc puto prudentem:uerſat quem cura futuri
Eccl.iii. & Vnde habeant pueri forte alimenta ſui:
xxx Viii. Quęrit & eſtatis calidę ſub tempore:fructus
puer.xx. Ad uitam ut poſſit cõmoda habere ſuis.
Sapie.x V. Aſt illum penitus fateor ratione carentem:
Ad res qui nunq̃ prouida corda gerit.
puer. Vi. Dormitat fatuus ſtratus ſub ſole calenti.
&.xxiiii. Qui nihil acquirit ſed bona parta uorat.
puer. xxi. Triſtis hyems iſtum ieiuno gutture torquet:
Non habet ut ſtomachum quit ſatiare ſuum:
pue.xx Vi Et uitam miſeram brumali tempore ducit.
Mat.xx V. Qui tempeſtiuas non cumulauit opes.
Eccle. xxii Qui non colligit fenum:cum Iulius ardet:
Nec ſibi quęſiuit emolumenta domus:
puer.xxii. Frigeat in bruma gelida:quęratq; per urbem:
Faſciculos foeni:ſtramina nuda terat.
Iuuenalis. Exemplum magni prębet formica laboris:
puer. Vi. Colligit & ſeruat/tempore quęq; ſuo.

De litigantibus in iudicio.

Litibus & rixis qui delectatur:& omni
Tempore contendit:iudiciumq; petit:
Eſt fatuus uehemens:nempe excęcare laborat:
Iuſticiam:& legum contaminare fidem.

i.corin. Vi
puer.iii. Acrior ad reliquos fatuos conſurgere dignum eſt:
Eccle. Viii Quos agitant męſti iurgia uana fori:
ad Titũ.iii Turba quidẽ eſt ingens ſtultorum:copia pręgnans:
Horum/qui litis iudiciumq; petunt.